



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

20. Quis est optimus & maxime probandus modus celebrandi hoc  
sacramentum, tempore pestis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

QVÆSTIO XX.

*Quis est optimus & maxime probandus modus celebrandi hoc sacramentum tempore pestis?*

Quæstionis explicatio.

**A**bsoluimus duas partes huius capitist: restat tertia & postrema, qua quæritur de modis, quibus tempore pestis ministrari vel nō ministrari potest & debet matrimonii sacramentum. Quocirca quæritur consueta methodo, quis sit censendus optimus modus tunc celebrandi hoc sacramentum?

*Responsio.*

**I**lle est, in quo essentialia certa adhibentur, puta personæ, nullum habentes legatum impedimentum dirimens, & præsentia pastoris vel alterius sacerdotis ab eo vel ordinario deputati: denique reliqui accidentarii ritus & cæremoniæ, puta, denunciations, vna vel plures, benedictio sacerdotis, & quædam aliæ, prout ratio temporis & periculi siue sacerdotis & testium, siue ipsorum contrahétiū postulabit. Hęc sufficienter probantur per ea, quæ in similibus quæstionib⁹ ante diximus.

Dices: Debet in tñ saltem vna denunciatio fieri?

| Kk 4 B. Pa.

R. Pastorem debere aduertere circumstātias temporis, loci & periculi, in quo ver-  
santur, præsertim ipsi contrahere volentes,  
vel saltem alter ipsorum: Itaque pro rati-  
one istorum, vel plures, vel vnam, vel nul-  
lam faciet, dummodo pro qualitate casus  
& dictarum circumstantiarum adhibet di-  
ligentiam, quam potest, ad deprehenden-  
dum, si quod sublit impedimentum.

Dices 2. Petetnè ante omnia pastorab  
Episcopo seu eius vicario rubrum sigillum  
(vt vocant) hoc est, remissionem bannorū,  
sive denunciationū, de quib. iam diximus.

R. Petet, si vt diximus ratio tempotis &  
reliquæ circumstantiæ id permittant, puta,  
quia contrahere volens, non est in tanto vi-  
ta periculo, & probabiliter videtur, ad ali-  
quot dies superiucturus, sed quia hoc gen-  
mori fallax est, & plurimos contra opini-  
onem eripit ex hac vita, poterit in hoc casu  
testis sine remissione bannorum ad matri-  
moniū celebrandū procedere, maxime si  
sciat, nullū subesse canonīcū impedimentū.

Dices. Quid si tēpus sit clausum, h. e. q  
si ab Ecclesia sit vetitum, eo tempore ma-  
trimonia celebrari?

R. quod alias sæpe, *necessitatē carere lege*,  
præsertim cum Ecclesia non vetet sacramē-  
tū matrimonii, sed quasdam illius solēnitates  
vt tradu-

SACR. MATRIM. TEMP. PESTI .  
vt traductionem sponsar, & alias eiusce ge-  
neris, quæ in matrimonii tempore peltis  
celebrandis non reperiuntur. *Musica enim in*  
*luctu, (vt loquitur (a) Sapiens) importuna nar-*  
*ratio.* a Eccles. 22.

### Q V A E S T I O X X I.

*Quid sit censendum de modo ministrandi illorum,*  
*qui volunt peste infectum contrahere*  
*per procuratorem?*

Quæstionis explicatio.

Certum (b) est matrimoniū contractū b a. fin. de p.  
per procuratōrē valuisse ante Concil. curat. in 6.  
Tridēn. quatuor conditionib. positis, 1. vt & l. sufficit  
procuratōr habeat speciale mandatum ad ff. de sponsal.  
matrimonium contrahendū. 2. vt sit man-  
datum ad contrahendū cum certa persona,  
3. vt procuratōr per se ipsum exequatur. 4.  
& vlt. vt tempore quo procuratōr cōtrahit  
non sit reuocata potestas: Hodie (c) quidā c Barthol. de  
dubitāt, an etiam post Concil. Trid. valeat,  
si in præsentia parochi & testium procura-  
tor contrahat: Occasione huius quæritur,  
quid si pastortimorē contagionis non au-  
deat accedere contrahere volentes, quia il-  
lorum alter est peste infectus, nec lecto se  
mouere potest, velit autem illos per procu-  
ratōrē contrahere, poteritne hic modus ce-  
lebrandi mtrum hoc tempore probari &  
tolerari? Kk 5 Respon<sup>s</sup>